



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

120. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Zarate. Piscien.
beneficii. Lunæ 20. Novemb. 1651

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

tionem non ex eo probari tunc temporis factam fuisse registrationem, cum soleant supplicationes semper statim deseri, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses, vt traditur in *decis. Alten. in §. huiusmodi*, & latius declaratur, & comprobatur in eadem *Alten. 14. Februarij 1653. coram eodem D. meo Celso, §. & eo minus cum deob. seqq.*

15. Demum quia etiam supposito, quod gratia Sanctissimi esset inutilis nullum ius Roderico ex provisione Ordinarij potuit acquirere, cum per solam Signaturam supplicationis intraret appositio manus Pontificis, & consequenter affectio, qua ligat manus Ordinarij. *Conz. ad reg. 8. Cancell. glos. 52. numer. decimo quinto, numer. 48. vers. licet fecerit Rot. decis. 45. numer. 31. par. 6. & decis. 237. numer. secundo par. 7. rec. & apud Buratt. decis. 36. numer. 2. & seqq.* Atque ita pro confirmatione decisionis vtraque parte audita, &c.

DECISIO CXX.

Sacra Rota Romana coram R. P. D. Zarate.

Piscien. Beneficij.

Luna 20. Nouembris 1651.

§. 1. **P**ostquam Franciscus de Carolis aduersus Franciscum de Tholomeis super presentatione ad eius fauorem facta de Beneficio controverso tres reportauerat sententias, quarum in prima in Partibus predicto de Carolis adiudicatum fuit Beneficium tanquam à maiori parte Patronorum, presentatum, & in duabus vltimis Rotulis prauis decisionibus coram Reuerend. P. D. meo Celso 26. Nouembris 1650. & coram Reuerend. P. D. meo Rojas 11. Aprilis 1651. declaratum sit dictum de Carolis institutum esse tanquam presentatum à familia de Carolis duas ex quatuor vocibus habente, cum Franciscus de Tholomeis presentatus fuisset à familia de Tholomeis, cui vna tantum ex quatuor vocibus competit. Demum causa in gradu restitutionis cum clausula Parito mihi commissà, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & quidem non constare quoad presentatos responsum fuit ex sequentibus.

2. Nam quando sententia sunt valida, & iusta cessat latio, qua est fundamentum restitutionis in integrum *capit. de integr. l. si ex causa decima l. quod si minor. 25. ff. de minor. Rota decis. prima de restitu. in integr. in nouis, & in Romana de Marecortis decima octaua Maij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bononien. Transactiois 30. Maij 1648. coram Reuerend. P. D. meo Celso.*

3. Validitas enim resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda quoad ipsos presentatos iuxta *decis. Carutag. 260. 2. par. & conformitas in dubium reuocari non debet, cum vna confirmet aliam Clem. 1. verbo alicuius de re iudic. Rota coram Caualer. dec. 387. n. 1. Duran. decis. 365. n. 3. & fuit dictum in Romana Domus 11. April. 166. coram P. D. meo Terracinen.*

4. Neque obstat, quod in sententijs Rotulis fuerit expressè duas ex quatuor vocibus spectare ad familiam de Carolis, vnicam vero ad familiam de Tholomeis, quod tamen non explicatur in sententia de Partibus; nam dum in dicta sententia exprimitur Franciscum fuisse presentatum à maiori parte

Patronorum implicite continet id quod magis explicitè dicitur in sententijs Rotulis, & sic in iustitia sunt semper conformes *Ruin. conf. 114. numero secundo lib. quinto Soccin. iur. conf. 74. numer. secundo libro secundo Gabr. de execut. rei iud. concl. 1. numer. 34. Couar. pract. cap. 25. numer. 6. Theaur. decis. 228. numer. 2. Rota decis. 98. numer. 4. par. 1. recent. & decis. 292. n. 2. par. 7. cum pluribus adductis per Add. ad Buratt. dec. 267. n. 10.*

5. Vltius, nam sententia Rotalis in prima parte confirmat simpliciter primam sententiam, & sic conformitas est clara; Deinde verò procedit per caput separatum, quod non excludit conformitatem, cum tot dicantur sententia, quot capita *Bart. in l. 1. numer. septimo, vers. quando. C. si aduers. rem iudic. Alberic. in l. fin. numer. decimo quinto, vers. item quando, & iurisf. ont. iud. Mantie. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 44 Rota coram sa. me. Greg. dec. 52. n. 1. & ibi adden. n. 6.*

6. Iustitia autem dignoscitur ex decisionibus in hac causa emanatis coram Reuerend. P. D. meo Celso, & coram Reuerend. P. D. meo Rojas, in quibus firmatum fuit Franciscum de Carolis vti presentatum à maiori parte Patronorum, nempe à DD. de Carolis habentibus duas ex quatuor vocibus esse presentandum Francisco de Tholomeis presentato ab illis de Tholomeis habentibus vnicam tantum iuxta *rec. in cap. 3. & ibi gloss. verb. qui maioribus de iur. par. Lamberti. eod. tract. 3. p. lib. 2. quest. 4. art. 1. Rotum verbo honorificum numer. 91. & seqq. Paul. de Cittadin. pariter de iur. par. par. 6. ar. 3. numer. 45. Rota in Cremonen. Alvaris 9. Decemb. 1616. coram bon. mem. Marzanede, & in Genuen. Cappellan. 25. Martij 1620. coram Sanctiss. D. N. cum alijs allegatis in d. decis. coram R. P. D. meo Celso in §. nec referi.*

7. Quando vero Iurispatronatus pro dictis duabus partibus spectet ad familiam de Carolis, & pro quarta parte tantum ad DD. de Tholomeis Donatarios illorum de Massis nullam recipit dubitationem, siquidem adueniente vacatione, & presentatione Beneficij de anno 1507. & 1525. & 1579. illi de Carolis presentantur pro duabus ex quatuor vocibus, Massi vero pro vnicà, vt constat ex Summario impresso *numer. 4. 5. & 6.* qua obseruantia optime demonstrat huiusmodi pertinentiam, vt dixit Rota in *Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram Reuerend. P. D. meo Pentingero, & in Terdonen. Iurispatron. 22. Iunij eiusdem anni coram Reuerend. P. D. meo Rojas, & 17. Iunij coram Reuerend. P. D. meo Celso, & in recent. dec. 96. n. 14. par. 6.* Iuncta etiam confessione facta ab Authore illius, qui donauit dictum Iuspatronatus, qua propterea optime probat contra Donatarium, & presentatum ab eo, vt dixit Rota coram Buratto *decis. 183. numer. 6. & seqq.* & firmatum fuit in *Comen. Capelle 27. Aprilis 1648. coram Reuerend. D. meo Decano.*

8. Non obstat quod in sententijs Rotulis fiat mentio tantummodo de duabus ex quatuor vocibus spectantibus ad familiam de Carolis, & de altera spectante ad illos de Tholomeis, non autem de alia quarta, quia dum Tholomei non docent dictam aliam vocem fuisse ad eorum fauorem purificatam, sufficit quod Franciscus de Carolis habeat duas; Tholomeus vero vnam, vt primus veniat instituendus; siquidem in hac materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem presentandi, sed tantum illorum qui actualiter presentantur, vt inquit *Dec. conf. 27. numer. quarto Rota coram Duran. decis. 199. numer. 19. & decis. 230. n. 5.*

9. Neque ex eo quod dicta quarta vox facit extingui possunt

possunt Tholomai præterire acquisivisse, vel iure successione, vel iure accrescendi, dum non probatur Tholomatos fuisse ab ultimo de linea hæredes institutos, aut ab intestato succedere potuisse, quibus cessantibus excluditur titulus successione, vt in puncto Rota decis. 96. num. 8. par. 6. recent. Et quatenus intraret ius accrescendi portio deficiens etiam accresceret pro rata DD. de Carolis Compatriotis, vt per Bellen. de iur. accresc. cap. 6. quæst. 48. num. 11. & segg. Rot. in terminis de insepationatus genitilio in Casar Augustana Beneficij de Linaves 10. Februarij 1645. secundo coram R. P. meo Biebio, nam de natura iuris accrescendi est, vt portio portioni accrescat pro virili, sed pro rata portionum, cum portio portioni accrescat non persona, Mantie. de iur. lib. 2. tit. 2. numer. 24. Gratian. disp. ep. 347. numer. 11. Grass. in §. ius accrescendi §. 30. Rot. de dec. 98. numer. 7. par. 6. recent.

10. Denique cessat omnis difficultas, nam cum hodie agatur de sustinenda institutione facta ad fauorem Francisci de Carolis presentari ab illis de dicta familia, sufficit ad hunc effectum quod ipse doceat presentantem existere in quasi possessione presentandi pro dictis duabus vocibus, & sic pro maiori parte, cum Tholomai pro vna tantum voce fuerint in possessione, & Pardinus Geminianos, & Nucceorimos non constet vllam vquam possessionem habuisse iuxta text. in capit. consulationibus de iur. par. Mantie. decis. 88. numero primo, & in Cremonen. presentata 23. Maij 1644. coram Reuerend. P. D. meo Corrad. & in Terdonen. iurispatron. 17. Iunij 1647. coram Reuerend. P. D. meo Celso & in decisione in hac causa emanata 21. Aprilij hoc anno coram Reuerend. P. D. meo Rotas §. alia vero, & in alia precedenti 26. Nouemb. 1650. coram R. P. D. meo Celso, §. eos facilius. Et ita quod presentatos altera tantum parte informante fuit resolutum.

DECISIO CXXI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Zarate.

Hieracen. Parochialis.

Luna 4. Decembris 1651.

§. 1. CVM Virgilius Galluceus Beneficium Parochiale Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij Hieracen. possideret, die 17. Kalendas Martij 1648. de Beneficij etiam Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apostolica fuit pronisus cum Decreto de dimittendo primam Parochialem in casu affectionis secundæ, & quod alias vtraque vacaret, vt ex literis in Summario Galluceij num. 2. cuius decreti dispositioni Galluceus obtemperans primum Beneficium dimisit de mense Ianuarij 1649. de quo pariter ab Apostolica Sede Carolus Casareus pronisus fuit, cum expressione in literis prædicti decreti, & quod vacaret per dimissionem Galluceij, vt in Summario Caroli num. 1. & 2. Post quod Galluceus intendens quod cum supposito capta possessione secundi beneficij, primum dimiserit, & quod talis possessio non habuisset effectum, quia verus possessor Parochialis Sanctæ Catharinæ in eius possessione se defendebat, atque ideo se continuasse in possessione primi beneficij per totum mensem Iunij, & partem Iulij 1650. ad id probandum, vt remediis possessoris tueretur pro remissoria instituit, & articulos edidit, quare propositi dubium: An esset concedenda: DD. affirmatiue responderunt.

Tom. VIII.

2. Nam de releuantia articulorum cum sufficienti fumo constat, quibus concurrentibus, remissoria concedi debet ex notatis per Vestr. in praxi lib. 8. cap. 24. n. 2. Severol. de remissoria. c. 23. Rot. coram Buratto decis. 28. n. 1.

3. Releuantia enim apparet ex 1. & 2. articulo, in quibus dicitur: quod Galluceus Parochialem controuersam resignauit, in quantum illi suppositum fuerat iam suo nomine pacifice captam fuisse, possessionem alterius, quod aliter accidit, cum Michæel verus possessor adhuc possessionem in prima Ecclesia continuaret: Vnde cum falsum esset suppositum dicto Galluceo ignorantem non debet nocere; nam dimissio iuxta mentem Dimittentis est correctiua ad acquisitionem possessionis secundi beneficij, quæ falsa, & erronea existente corruit ex defectu consentis, quem error excludit Buratt. decis. 19. num. 10. & in puncto text. in cap. si beneficia 20. de præbendis lib. 6. vbi in casu libera dimissionis & in quo beneficium dimissum alteri iam fuerat collatum, sic Pontifex statuit, collatione quibuscumque persona facta, nequaquam obstant: vbi gloss. verbo sine culpa, Ancharan. numer. 2. Nauar. in capit. accrescendi in 7. oppositione numer. 39. de restit. spoliat. & conf. 14. numer. secundo circa finem de præbendis Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 46. numer. 146. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 3. numer. 29. & segg. Rota decis. 7. de restit. spoliat. antiquiss. Seclula namque dicta falsitate suppositi non videbatur necessaria dimissio, quæ de facili non præsumitur, vt in terminis, defectus consentis dolo, vel vi interueniente probatur in cap. super hoc de renunciat. ibi, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quispiam beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo insentari debet, facile, sine magna causa, sua sponte, resignet: vbi Panor. num. 12. Io. Andr. col. 5. Paris. conf. 10. num. 64. Flamin. de resignat. lib. 8. q. fin. num. 59. Surd. decis. 2. num. 16. Nicol. Garz. de benefice. par. 1. cap. 1. num. 143. conduct. Lotther. lib. 2. quæst. 20. num. 13. & lib. 3. q. 14. n. 12.

4. Deinde valde releuat allegatio continuatæ possessionis Galluceij post dimissionem, quia etiam liberè cedens, & renuncians, licet perdat dominium, & possessionem saltem de iure, at tamen si postea incumbat de facto, & realiter inhaeret possessioni, adhuc est manutendendus, imò, & reintegrandus si spoliatur, vt post Innocen. Calderin. & alios ibi allegatos, tenet Rota decis. 97. num. 13. & 14. decis. 108. sub nom. 7. vers. & quatenus par. 5. recent. latè Modernus Lufitan. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. & Perussin. in tract. de manut. obseru. 57. num. 9. Lotther. dicto lib. 3. q. 14. n. 11.

5. Vterius constat de releuantia tertij articuli, dum in eo dicitur Rectorem antiquum Sanctæ Catharinæ semper mansisse in possessione sua Parochia signum cuiusdem quod Galluceus nunquam de eo possessionem accepit, dum alter in illa semper permanfit, ex 1. sicut certis §. si duobus. ff. commodati, & certum est, quod requiritur possessio pacifica secundi beneficij, vt quis teneatur dimittere c. si Episcopus de præbendis in 6. Rota diuers. decis. 676. num. 4. par. 3. lib. 3. Seraphin. decis. 977. nu. 1. cum addenda Buratt. dec. 19. lit. A.

6. Nec obstat, quod possessio Parochialis dimissa successiue capta fuerit à Casare in vni nouæ pronisitionis, tanquam de vacanti ob dictam dimissionem deportata de manu executoris Miterarum Apostolicarum, quia semper antiquus possessor manutendendus est. Felin. in c. licet causam num. 8. & 9. de probat. Surd. conf. 168. num. 12. Rot. decis. 22. nu. 13. par. 1. recent. quem dictus executor sua possessione